



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 99. Unicus ante mortem Pontificis in Cardinalem nominatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

est, se nihil non acturum, ut illius Ordo Sæcul. XVI.  
Christianæ Religioni adeo utilis con- A.C. 1523.  
servaretur; ac denique valere jussum  
appellavit *magnum Christi athletam, & fi-*  
*dei Catholicæ accerrimum propugnatorem.*

## §. XCIX.

*Unicus ante mortem Pontificis in Car-*  
*dinalem nominatus.*

Haud dudum Papa recuperandæ va-  
letudinis spe detinebatur; novo e-  
nim febris accessu obrutus, brevi ad ex-  
tremum vitæ periculum redigebatur;  
igitur cum horam, qua regiminis sui ra-  
tionem Deo redderet, appropinquare Val. Andr.  
sentiret, sacro Viatico sese muniri præ- bibl Belg.  
cepit, cunctosque Cardinales ad suum Gazet. hist.  
cubile accersitos ad procurandum fidei des Bais-bas  
Christianæ, atque Ecclesiæ incremen- Aubery des  
tum adhortatus est: Cum autem tota Cardinaux  
Pontificatus sui tempore nullum purpu- Paul. Jov.  
ra decorasset, priusquam moreretur,  
Cardinalem creare constituit, forsque  
eccecidit super Guilielmum Enkenvor-  
dium natione Germanum, quem ob præ-  
clara ejus merita, ac raras animi do-  
tes plurimi habuit. Is primo Antvver-  
piæ Canonicus erat, postea ab Adriano  
ad Pontificatum electo Ultrajectensi  
Præpositura augebatur, cum vero Papa  
eius præsentiam Romæ necessariam du-

Hist. Eccles. Tom. XXXIV. Z ceret,

**Sacul. XVI.** ceret, illum Romanæ beneficiorum Eccl. A.C. 1523. clesiasticorum curiæ præfecit, ac de-  
mum Dertusensem Episcopum nomi-  
navit.

## §. C.

*Adriani VI. Papæ obitus.*

**Ciacon. in'vit.** **PP. tom. 3.** **p. 426.** **Duchesne**  
**hist. des Pa-**  
**xies, vie d'A-**  
**dr. VI.** **Guicc. lib. 15**  
**Onuphr. in**  
**vit. Pont.** **Oldenius a-**  
**ppud Ciacon.**  
**Val. And.**  
**bibl. Belg.**  
**Paul. Jov.**  
**in vita**  
**Adrian. VI.**  
**Le Mire in**  
**bibl. eccl. &**  
**dog. Belg.**

Hujus electioni haud diu vita super-  
stes fuit Adrianus VI. rebus huma-  
nis ereptus inclinato jam die decimo  
quarto Septembris, (\*) postquam vixis-  
set annos sexaginta quatuor, menses sex,  
dies tredecim, sedisset autem annum u-  
num, menses octo, dies sex. Haud in-  
grata accidit ejus mors Romanis, qui  
animo non tam bono erga illum erant  
affecti, sive quod alienigena esset, sive  
fastum atque magnificentiam a suis Præ-  
decessoribus tantopere quæsitam abo-  
minaretur: Unde non raro quereban-  
tur, quod tenacior, nimirum, nec prodi-  
gus, nec in luxum effusus esset; im-  
merito enim hanc calumniam subibat,  
eo quod in omnes beneficis extiterit.  
Præterea abs dubio Romanis minus ac-  
ceptus erat eo ex nomine, quod ad  
emendandos Cleri mores toto studio  
con-

(\*) Ciaconius ejus obitus diem ad vigesimam quartum Septembris refert. Vide anno-  
tationem ad §. LXVI.